Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et sicut sol refulgens. sic ille re-
fulsit in templo dei. Quasi ar-
cus refulgens inter nebulas glie.
et sicut rosarum flos in diebus ver-
nis. Quasi lilia que sunt in fluvi-
orum aquis. et sicut thus redolens
in diebus estivis. Ad hebreos.

Fratres. Doctrinis variis et
peregrinis. nolite abduci.
Optimum enim gratia stabilire
cor non escis. que non profuerunt am-
bulantibus in eis. Habemus altare
de quo edere non habent potestatem qui
tabernaculo deseruiunt. Quorum
enim animalium inferuntur sanguis pro
peccato in sancta per pontificem. horum
corpora cremantur extra castra.
propter quod et ihesus. ut sanctificaret
per suum sanguinem populum. extra
portam passus est. Exeamus ergo
ad eum extra castra. improperium
eius portantes. Non enim
habemus hic manentem ciuitatem.
sed futuram inquirimus. Per ipsum
ergo offeramus hostiam laudis
semper deo. id est fructum labiorum
confitentium nomini eius. Benefacere
autem et communicationis no-
lite obliuisci. Talibus enim hostiis
promeretur deus. Ad hebreos.

Fratres. Omis pontifex ex homi-
nibus assumptus pro hominibus
constituitur. in his que sunt ad
deum. ut offerat dona et sacrifi-
cia pro peccatis. qui condolere possit
his qui ignorant et errant. quia
et ipse circumdatus est infirmi-
tate. et propterea debet quemad-
modum pro populo. ita etiam pro se
metipso offerre pro peccatis. Nec
quisquam sumit sibi honorem.
sed qui vocatur a deo tanquam et
aaron. Sic et xpis non semet ipsum
clarificauit ut pontifex
fieret. sed qui locutus est ad eum.
Filius meus es tu. ego hodie
genui te. Quemadmodum et in
alio loco dicit. Tu es sacerdos
in eternum. secundum ordinem melchise-
dech. Te Ad thymoth. 6 ch.
Testificor coram deo et xpo
ihesu. qui iudicaturus est vi-
uos et mortuos. et adventu
ipsius et regnum eius. predica u-
bi. insta opportune importu-
ne. argue. obsecra. increpa. in
omni patientia et doctrina. Erit enim
tempus cum sanam doctrinam non
sustinebunt. sed ad sua desideria
congeruabunt sibi magistros pru-
rientes auribus. et a veritate
quidem audituri auertent ad fabu-
las autem conuertentur. Tu vero vi-
gila. in omnibus labora. opus
fac euangelistae. ministerium tuum
implere. sobrius esto. Ego enim
iam deliboor. et tempus resolutionis
meae instat. Bonum certamen
certaui cursum consummauj. fidem
seruauj. De cetero reposita est
mihi corona iustitiae. quam red-
det mihi dominus in illa die iusti-
tiae. Non solum autem mihi. sed
et his qui diligunt adventum eius.